



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Fasti Mariani Cum Divorvm Elogiis In Singvlos Anni Dies Distribvtis

**Brunner, Andreas
Pfeffer, Wilhelm**

Antverpiæ, 1637

S. Hieronymus D. Eccl. 30. Septembris.

urn:nbn:de:hbz:466:1-44055

didissimum templum posuit, cujus exempli sui heredes viros deinceps principes permultos, sed nostrâ potissimum tempestate habuit. Vidit certè Bavaria in eam magnificentiam sacra D. MICHAELI tecta exurgere, ut aut has ædes terra dignas aut nullas habeat, quas cæli Princeps post cælum incolat. Quamvis, si verum loqui velimus, non tam Angeli nobiscum, quàm nos secum habitare percupiant.

Quantâ solitudine nobis opus est, ut dignos nos exhibeamus Angelorum frequentiam, & eo modo conversemur in conspectu eorum, ne fortè sanctos offendamus obtutus? Væ enim nobis, si provocati peccatis nostris indignos nos judicaverint suâ visitatione. S. Bern. S. I. de S. Michaeli.

S. HIERONYMUS D. ECCL.
30. Septembris.

FUIT HIERONYMVS natione Dalmata. Mundum panè omnem cum lustrasset, neque usquam hic arrideret, pedem extra mundum tandem posuit, hoc est, ad Anachoretas transtulit. Hic dum identidem profanos adhuc scriptores lectitat, evocatus ad divinum tribunal, quis sit? rogatur. Respondet Christianum se esse: at negat iudex, Ciceronianum esse dictitans, non Christianum; simul mendacii convictum cædi tamdiu imperat, dum vitæ emendationem HIERONYMVS, cælites vadimonium spondent. Et certè amplius quid fuisse quàm somnium sparsæ passim per omne corpus plagæ loquebantur. Quid jam mirum, si exinde, quidquid demum ageret HIERONYMVS, auribus tuba illa fatalis obmurmurabat, oculisque vindex ille iudex oberrabat? Porro in more positum

Sept.
corre-
s om-
ce ser-
jugis
mor-
Inter
m ul-
CHR-
rena-
es fu-

absenti
fecit.
rectè,
dedisti

temb.

om-
lomi-
atum,
umq;
de se
, aras
num,
eam,
men,
luxif-
fuit.
c. ix.
quam
einde
om-
plen-
dissi-

tum habuit, cum orcus incursaret, ad Jesu pedes confugere, hos longis jejuniis multisque lacrimis mollire, infesta interim cogitationum agmina assiduis saxorum ictibus è pectore propulsare; tam dulci victoriæ fructu, ut quandoque sublatum in cælum se putaret, qui mersum modò imis se inferis redebat. Interim etiam dum vixit, Doctorem suum in HIERONYMO orbis Christianus coluit, hostem verò hæresis extimuit. Ipse vitam denique ibi clausit, ubi ordiri Deus infans voluit, magnus heros, ut cui in tumulum Christi cunæ cesserunt. *Ex vitâ & ejusd. ep.*

Ecce de calo tuba canit; ecce cum nubibus debellaturus orbem Imperator armatus egreditur, ecce bis acutus gladius ex Regis ore procedens obviam quæque metit; & tu mihi de cubiculo ad aciem, tu de umbrâ progredieris ad solem? S. Hier. Ep. I.

S. GREGORIUS ARMENIUS EP.

30. Septembris.

GREGORIO huic nostro patria cognomen Armeno fecit. A Tiridate rege suppliciiis, quantis vix ullus alius Martyr, exercitus duravit tamen, inter mille mortes numquam mortuus. Darem catalogum cruciatuum, sed non capit hos scheda hæc: totum illi librum vitæ implent. Tibi hoc sufficiat, Lector: non ferenda tulit, non dicenda nobis fecit. Itaque victor in omnibus pugnis, demum in cisternâ altitudine suâ & fœtore horridâ ipsos annos x. & iv. triumphavit, cum annonam diurnam panem unum matrona vidua subministraret. Inter hæc Agni auspiciis in Armeniam advenit totum virginum agmen. Ducebat Gainna antistita: formâ verò inter omnes eminebat